Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26264
Copyright: Admont, Benediktinerstift

120

VITA PATRIS De s. Gallo conf.

Cum preclara sanctissimi uiri columbani
qui et columba conuersatio per omnem
hiberniam celebris haberetur. et ue
lut splendidum ignei solis iubar
singulari decore omnium in se prouo
caret amorem. sicut de eo priusquam
nasceretur prouisum esse liber gestorum
ipsius pleniter indicat. inter cete
ros quos fama uirtutum eius attraxerat
parentes beati galli secundum deum religio
si. secundum seculum nobiles. filium suum primo
etatis flore nitentem cum oblatione domino
offerentes. illius magisterio commenda
uerunt. et in regu[la]laris uite perfice
re disciplina. et inter plurimos spiri
talis milicie sectatores. obedientie
et artioris propositi imitaretur ex
empla. Dumque bo[ne] indolis fuit. .II.